



Univ. Bibl.  
München



TACIT.

I. biflor. I, 6.

Rara temporum felicitas, ubi sentire quae  
uelis, & quae sentias, dicere licet.



### VRSVLA GANSIA

IOANNI FRIDERICO HERELIO  
SVO S. D.

XXX  
XXX *S*i uales, bene eft: ego ualco,  
XXX Nudius fextus cum auia mea  
materna, me *Vitraicium* ad *Pegnatum*  
portani: & uix dextrum pedem sub  
diuerſoli limen poſquam poſui, ex im-  
pruifo iurium licentiatus RICHTERVS,  
quem uicinum quondam iuxta diſcalcea-



torum templum habui, aduolauit, meam  
 auiaeque manum devote exosculans,  
 blandis uerbis nobiscum est confabulatus;  
 uerum cum auiae taedio, quae fessa  
 erat, nam ex graui morbo conualuerat.  
 Accubuimus tandem cum facundo RICH-  
 TERO, &c, ut de uariis delicatis ci-  
 bis nil dicam, generoso rhenano uino  
 incaluitus. RICHTERVM auia  
 dextra comprehendens, aliud in con-  
 clave seduxit. Breui laeti apparent,

hospitis famulum aduocant, atque in  
 mandatis dant, accessat CREVZBVR-  
 GIVM, iudi cuiusdam extra ordinem  
 doctorem ac notarium iureinrando ob-  
 striatum, duique testes, HEYNIVM  
 & DANHORNIVM, illum fabrum  
 lignarium, bunc testorem, quibus ad-  
 hic quinq[ue] addiderant, GEORGIVM  
 neunte EBERLINVM, ueſpilionem;  
 VIGITILIVM cantorem; ZVVIÑ  
 GERVM; infitorem, pistorem GRV-



BERVM; DEVERLINVM, futorent,  
His praesentibus, auiae nomine RICH-  
TERVS significauit, se ultimae uolun-  
tatis tabulas uelle confidere. Sellam  
occupat alteram CREVZBVRGIUS,  
& a RICHTERO dictata, calamo  
excepit: quae postea charta puriore ac  
elegantioribus litteris exhibuit. Suis  
manibus septem fide dignissimi testes, no-  
mina subscripserunt, annulisque signato-  
riis corroborarunt. Aurea omnibus

auia dedit dona, atque eos cum gra-  
tiarum actione dimisit. Reuertendi  
iam tempus instabat, ac domo abesse  
diutius auia noluit: quapropter in uiam  
dedimus, & quam primum claudendae  
portae signum rauco cornu sono daretur,  
ad publicani nouae portae ostium staka-  
mus.

Quid haec ad te, optime IOAN-  
NES FRIDERICE? Non immemor  
sui fuit auia: nam legauit tibi rusti-



• cum praedium Kaesbrübenſe, cum omini-  
bus ruficis instrumentis, filuam quercu-  
bus annosis conſtantem, quae innumerabili-  
les ſubus ſaginandis, uti tute ſeis,  
glandes quotannis procreant, porro fe-  
ptem pifcinas, uariorum pifciū gen-  
erum perdiuites; deinde prata uirantia,  
non ſteriles agros, hortum amoeniffimum,  
cum aucupis aedicula, moleſſum ad uil-  
dici iahuan cuprea catena alligatum,  
cum tabula lignea, cui inscripta ſunt

uerba: CAVE CAVE CANEM. De  
alucaribus, columbis, gallinis, anſe-  
ribus, anatibus, naevis, bubus, ve-  
quis, afiabibus, ouibus, baedis, ca-  
pellis, faibus, et. nihil dico: quia  
pauperis eft, numerare pecus. Non  
te fugit, oculis plus centum praedita  
HRELI, aniam meam a duodequa-  
drageſimo aetatis anno, non barba-  
tulam, ſed barbatam eſſe; cauſ-  
jam te docebit IACOBI BVRLINI,

Norimbergensis, disput. de feminis barbatis ex suppressione mensium. Altissii, c. l. CLXIV, 4. Quos barbae crines, quinque uafis argenteis auro igne obduxit, dies noctesque solicite custodit; ut VESTALES ignem sacrum. Magna inde ueneratione, hunc thesauro per omneum uitam coles, quem post perfegidum auiae mortis sudorem, in manus tuas auidas perueniat, omni cura curabo. Omnia haec litterae non capiunt; plura in auem coram.

Paulo ante altissimum superioris noctis silentium, cum duabus meis fidis ancillis, LESBIA, quae trecentis mensibus in VENERIS castris strenue pugnauerat, & aegre missione obtinuerat, musicam nunc nobiles docet duas, & CORINNA, quae in interiore parte aedium, quae ypsarumvitic<sup>e</sup>) appellatur, sedet, atque a CUPIDI-

---

Vid. cl. LVDOVICI GVILIELMI IVNII disq. de gynacethis Graborum. Lipsiae, c. l. cc xxxv, 4.



NIS stimulis non amplius agitatur, dor-  
mitiorum intravit, & hymnum in lau-  
dem VENERIS & CUPIDINIS can-  
tare coepit: APOLLO cum nouem MV-  
SIS statim adfuit, quem Lippertiana  
dactyliotheca me noscere docuit; qui  
post unius horae coniurationem certio-  
rem me fecit, in aminta Germania  
tres tantum sapientes esse: HARLE-  
SIVM, HERELIVM, KLOTZIVM.  
Hoc tibi, qui multa tacece uales, scri-  
bi



bo, APOLLINIS effatum uenissimum:  
nōque tot uix sunt, tibi amici, quod  
affia Nili.

\* A RIVIO datus · gesu & fener blase,

appellatur. AEOLVS enim uentor-  
rum deus, aut saltē quaeſtor ac  
modestator prisca crodebat, qui  
nullo antri  
*lullante pente templo arſona ſuadet*  
imperio premat, ac mactis & carecere  
*ſtremet;*  
qui ſolidere certe  
& premere, & lexas ferri uare iuſſu  
balenat,



inuenit. Altera in parte sunt aniae  
ora sinistrae faciei, bisce verbis: SI  
BYLLA MULIERA AET. LXXXIV.  
In altera scaturiens fons, cum tenma-  
te: ALIIS NON SIBI; ad ora; A.  
G. R. c. 1510 CCLXIX. En, egregia  
proflus inuentio! quis AEOLIPILAE  
in uitiis par? se Ieuem esse firmiter est  
perfusus. Valeat AEOLIPILA apud  
orcum, NARCISSO PVLCHRIOR.

Separato fasciculo, meum fel, scri-  
bere uolebam, mel: tu etenim es ualde  
curiosus, caue, ne fias furiosus, se-  
quentia accipies scripta: noni opidane  
scbolae moderatoris primitias Lauffen-  
ses; A. M. I. dissertationem, de de-  
monstrationibus in philosophia de mo-  
ribus; GASPAR. ARMLANDII do-  
ctorum germanorum cantorum cen-  
turiam; BALTAS. SMIDII iusforia-  
rum chartarum initia, ex antiquitate

caria deducta; MART. RUBRI oda-  
ruim proficarum praestantiam & u-  
sum; *biforiam* de vita, satis ac mor-  
te MELCHIOR. GEISLEDERI, e  
MSC; ALEX. RIMVRI *diss.* epist.  
de eo, quod iustum est circa thora-  
cem; AM. ELENDI *tractat.* de con-  
chamania, *cum maiore fratri* natu-  
*praefatione* ANONYMI *sciagraphiam*  
theologiae culinariae; *reliqua*.

scilicet *prosa*, *poesia*, *allegoria*, *metaphysica*

*Arrige*

*Arrige aures, HERELI, bodie cir-*  
*ca meridiem, uenit ad me auri rinoſa,*  
*ÆOLIPILA, cuius eft birſuta pannoſa*  
*que tunica, capitis impexus pilus, tranſ-*  
*foratus pileus, torua facies, oculi diſtor-*  
*ti, ſordes in auribus, nares mucosae, in*  
*labro pallor & labio, liquidi varique den-*  
*tes, foedus oris balitus, barba prolixa,*  
*quam ſemel in anno inglandium putamini-*  
*bus, nouacula deſtitutus, amburit, e lu-*  
*puli facco induſium, toſta quere uon folia*

*b*

cubile, in dextra nodosa clava, tibialia  
ac soleae e canunt corio, sinistra manus  
muccinum, multis sordibus unguis. Fame  
sine dubio coactus, quotidie enim pane e  
fusfare cocto, quem in suillum lac iniungit,  
nescitur; in deliciis insuper ei sunt bale-  
cum squamæ, quas a falsamentariis emen-  
dicat, & festis diebus potus, est posca:  
inclinato aliquoties usque ad pedes, capi-  
te, qui uix ac ne uix quidem, ullum praæ-  
lacrymis uerbum proferre potuit; miseri-

mum denique se hominem esse dixit, &  
sibus diebus ne micam quidem gustasse,  
divis multis affirmauit. Misericordia sum-  
ita, pedicellis perdiuitem AEOLIPT-  
LAM, qui & ampullas, & sesquipedalia  
proiicere solet uerba, in popinam cuni nati-  
mis, quos larga dedi manu, alegauit.  
Qui tbrafo gloriatur, se possidere FAV-  
STVLI pedum ac peram, cuiusque tori  
fociae LAVRENTIAE pedimentum ac mar-  
moream matellam; CHARONTIS ando-

gam cum clavo; VENERIS umbilicum  
dextraeque manuae verrucam; pilum,  
quo WALLENSTEINIUS trucidatus;  
ZISKAE petasum, conspicilli pariem,  
capistrum, dentem malarem; BALHOR-  
NII ferulam; maiorum suorum a decimo  
tertio saeculo lanugines, septem pyxidibus  
eburneis, rarum, euge, charumque anti-  
quitatis monumentum! Et sexcenta alia.  
Disquisitionem tuam physcam, de  
praestantia sexus feminini, cum analogiis

de doctis ancillarum amatoribus, quae  
opus quinque annorum, Altenburgi sub  
typotetiae non ruditis manu esse, gaudeo  
eum illis, qui tibi fauent paucis, mirum  
in moduni. Dent omnes dii deaque, fu-  
riis non exceptis & lemuribus, ut in po-  
sterum, quae non tantum aliquos dele-  
bent; uerum omnibus litteratis sunt utilia,  
necessaria, grataque scripta, cum publico  
communices: si ad immortalitatem uis af-  
ficiare; si uero in solenni pertinacia per-



*rexeris, futurum est, ut omniam in te  
eadem concitetur.*

*Criticam, acutissime HERELI, fal-  
cem, in EVLENSPIEGELIVM, boris  
tantum a satiris uacuis, immittas, te, li-  
beyorum grecum maniariorum uebementer ro-  
gat, donaque non pavua fauile promittit,  
Laurus adipisceris honoresque acteros,  
bocce unico labore, ac post genitis eris  
clarus, charus.*



*Nunc demum sentio, me non librum,  
sed epistolam, ad dulcissimum amicum scri-  
bere: quare calamum depono, & te ad  
tuum, meumque candidum uotum ualere  
iubeo.*

*LED. & MVR. committones amici-  
que in utraque fortuna immobiles, te salu-  
tant, ac te me ipsa centies ubiorem esse  
credas. Iterum, mi HERELI, uale, &  
me, si qua tibi nostri amoris est memoria,  
ardentissime amare pergas, oro & obsecro.*



*Scribebam ipfis Bacchanalibus, an.*

clo 10 CCLXIX.

INSCRIPTIO:

Iuueni

Docto ac laborioso,

**IOAN. FRIDER.**

**HERELIO**

*Iurium & Medicinæ Cultori,*

Gottingam.